



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium**

**Bisling, Anselm**

**[Einsiedeln], 1682**

Considerationes pomeridianæ: ex eodem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](#)

CONSIDERATIO I. PO-  
MERIDIANA.De memoria Pœnarum in-  
fernī.

**Q**uid aliud ignis ille devorabit, nisi pec- Gers. I. 8  
cata? In quibus homo peccavit, in illis c. 24.  
gravius punietur. Ibi acediosi ardentibus  
stimulis perurgentur, & gulosi siti, ac fame  
cruciabuntur. Ibi luxuriosi & voluptatum  
amatores ardenti pice, & fætido sulphure  
perfundentur. Nullum vitium erit, quod  
suum proprium cruciatum non habebit. Ibi  
nulla requies est, nulla consolatio damnatis,  
sed una hora gravior ibi in pœna, quam hic  
centum anni in amarissima pœnitentia.

## C O N S I D. II.

De agenda pœnitentia pro  
Peccatis.

**I**n omnibus rebus respice finem; & esto mo-  
dò sollicitus, & dolens pro peccatis tuis, Ib. v. 1. 43  
Disce te nunc in modico pati, ut tunc valeas  
& gravioribus liberari. Certè quantò am- n. 6  
plius tibi ipsi nunc parcis, & carnem seque-  
ris, tanto durius postea lues, & majorem n. 32  
materiam comburendi reservas. Hic itaque  
primo proba, quid possis postea. Si nunc tam n. 6  
parum vales sustinere, quomodo eterna tor-  
menta poteris sufferre? si modò modica passio  
tam impatientem efficit, quid gehenna tunc  
faciet?